



# Disputatio theologica, de studio verbi divini

<https://hdl.handle.net/1874/41025>

DISPUTATIO THEOLOGICA;  
DE  
STUDIO VERBI  
DIVINI.  
QUAM

Favente Deo,  
SUB PRÆSIDIO,  
D. JOHANNIS HOORNBECK, S.S.  
Theolog. Doctor. ejusdemque facultatis in inclytâ Aca-  
dem. Ultraject. Profess. ac in Eccles. ibi-  
dem Pastoris vigilantiss.

*Publicè ventilandam proponit,*  
STEPHANUS SZATTHMARI Ungarus.  
*Ad diem 9. Martii. horis locoque solitis.*



ULTRAJECTI,  
Ex officina JOANNIS à WAESBERGE  
M D C L.

*Illustrissimæ, ac Celsissimæ Principissæ,*

DD. SUSANNAE LORANTFI,  
Illustrissimi ac Celsissimi quon-  
dam Principis DD. GEORGII  
RAKOCI, Dei gratiâ Transyl-  
vaniæ Principis, Partium Regni  
Ungariæ Domini, & Sicularum  
Comitis &c: relictæ Viduæ, Ec-  
clesiæ Dei nutrici benignissimæ,  
Dominæ, ac studiorum suorum  
Promotrici plurimum gratiosis-  
simæ.

*Hanc disputationem Theologicam, perpe-  
tuae gratitudinis attestandæ gratiâ*

*Inscribit & offert*

Stephanus Szatthmari

*Respond.*

## De Studio Verbi Divini.

## T H E S I S I.

**D**Vo nobis impresentiarū consideranda sunt: *verbum* Dei; atque ejus *studium*. Illud non venit hic stricto illo sensu, pro Dei *voluntate* & decreto; vel pro ejus *mādato*, & jussu; vel pro *prædicatione* verbi: de quibus acceptionibus vide Petri Ravanelli Bibliothecam S. hoc anno editam, opus valde necessarium, & eximium, tit. *verbum*: sed nobis *verbum* Dei hic est, *Doctrina* Dei in Sacris Scripturis comprehensa. *Verbum* dicitur, tum quia multam partem à Deo ipso pronunciatum fuit; uti quando Deus dicitur, hæc illaque locutus: vel quod viri Dei, ejus nomine hoc protulerunt: præterquam quod scriptura alicujus vel id quod scribit, pro verbo ejus habetur: quod enim quis scribit, loqui dicitur. unde in Evangelio phrasis crebra: *dicit Scriptura*. Ravanall. voc. *dicere*. num. xxiii. *Verbum* Dei, quia à Deo. Gregorius, lib. iv. epist. lxxxiv. *Quid autem est Scriptura Sacra, nisi quadam epistola omnipotentis Dei ad creaturam suam?* atq; de Deo est, adde & finem, nam in Deum etiam tendit, & redit.

## I I.

Materiam ejus, & finem divina esse, manifestum: sed quod à Deo sit, & eum Auctorem habeat, vel saltem unde hoc constet, videtur majori cum scrupulo queri. Unde & de eo Præfici agunt, præter Dogmaticos, qui videantur. Perkinsus, *Conf. lib. II. cap. III.* Alstedius, *de consc. cap. iv.* Downamus, *de milit. Christ. lib. II. cap. xx I. & c.* Balduinus, *Cas. Consc. lib. II. cap. I. cas. III.* Adde Ravanell. in jam citata Bibl. tit. *Scriptura* p. 555. & c. nam nota & obvia est hæc quæstio: atque inde e-

tiam solvenda, quod materia, & finis verbi quum plane divinus sit, quod nemo dissimulare potest, sequitur Auctorem Deum quoque habere, vel immediate, vel saltem mediate.

I I I.

Dicitur *verbum Dei*, Psalm. cxix. 9. 11. אמרי & רכרי vers. 11. Psalm. xlii. 7. *eloquia Dei*. Scriptura S. Rom. 1. 2. 11 Tim. iii. 16. *Lex Dei*, pro integra ejus doctrina. Psalm. xix. Ioann. xv. 25. Rom. iii. 19. Iac. 1. 25. Ies. 11. 3. *Dei testimonia, instituta, precepta, jura*. Pl. cxix מזורי תורה חקים פקרי משפתי Distribui solet, in *legem Moſis*, *Prophetas*, & *Apostolos*. Luc. xvi. 29. 31. Matth. vii. 12. & xxi. 40. Luc. 24. 44. 11 Pet. 1. 19. Ephes. 11. 20. *Lex Moſis*, in *moralem*. Gal. 11. 21. *ceremonialem*. Heb. vii. 12. & *judicialem*.

I V.

*Adjuncta*, & *elogia verbi divini* sunt duplicia: vel *doctrinae* S. in genere; vel in specie doctrinae *Euangelicae*. Nos singula, quantum possumus, enarrabimus, est *verbum Dei*. Ioann. vii. 17. 11 Theſſ. 11. 13. *Verum*, 11 Sam. vii. 28. Pl. cxix. 43. & xv. 11. 17. 11 Cor. vi. 7. Eph. 1. 13. *verba sapientiae*. Col. 11. 2. 3. 11 Tim. 11. 16. 1 Cor. 11. 6. 7. Act. xxvi. 25. *verbum bonum*. 11 Reg. xx. 19. Prov. xi. 25. Heb. vi. 5. Iesa. xxxix. 8. Ierem. xxix. 10. Zach. 1. 13. *sanctum*. Rom. 1. 2. *certum*. 11 Pet. 1. 19. 1 Tim. 1. 15. *Purum*. Psalm. xlii. 7. & cxix. 140. Prov. xxx. 5. *rectum*. Psal. xix. 9. xxxi. 11. 4. *sanum*. 1 Tim. 1. 10. & vi. 3. 11 Tim. 1. 13. *dulce*. Psalm. cxix. 103. Iezech. 111. 3. Prov. xxiii. 8. & xvi. 24. *Gratum*. Eccles. xii. 10. Luc. iv. 22. *pretiosum*. 1 Sam. 111. 1. *constans*. Psalm. cxix. 89. Ies. xl. 8. Matth. v. 18. 1 Pet. 1. 28. *incorruptibile*. 1 Pet. 1. 23. *perfectum*. Psalm. xix. Ioann. v. 3. *abundans*. 11 Tim. xii. 16. 17. Col. 11. 2. *thesauri*. Ambrosius: *mare est Scriptura divina, habens in se sensus profundos*. Greg. Praef. in Iob. In S. Script. *agnus natat, & elephas mergitur*. Similiter Augustinus epist. 111. *perspicuum*. Psalm. cxix. *Efficax*. Rom. 1. 16. Heb. iv. 13. *verbum promissionis*. hae nunc Euangelium propius tangunt. Rom. ix. 9. *Christi*. Col. 111. 16. *gratia*. Act. xiv. 3. & xx. 32. *consolationis*. Zach. 1. 13. 11 Theſſ. 11. 17. *reconciliationis*. 11 Cor. v. 19. *salutis*. Act

A& cor. xii. 26. & xxviii. 28. Heb. ii. 2. 3. i Cor. iiii. 9. Iac. i. 21. Ephes. ii. 13. *Vita.* Ioan. vi. 68. A& v. 20. Phil. ii. 16. Ioan. i. 1. i Cor. i. 16. *conversionis fidei.* Rom. x. 8. Gal. i. 2. 5. *virtutum omnium.* A& xxvi. 25. Denique verbum quod nos iudicabit. Ioan. xii. 48. Rom.

V.

In verbo Dei spectanda nobis i. eius *necessitas*: non quidem absoluta: nam & absque verbo posset nos Deus salvare; sed hypothetica, ex ratione voluntatis divinæ, & prout nunc res nostræ sunt, omnino hoc Dei verbum necessarium est; absque quo ignoraremus Deum, & religionem, & salutem nostram. Ephes. ii. 12. *peregrini à testamentis promissionis, spem non habentes & athei in mundo.* Vide Bolton, *The Saints Guide*, pag. 19. ii. verbi divini *usus*, ad totam religionem, ad quodvis bonum, in totam hominis vitam, Matth. iv. 4. i Tim. iv. 5. Ioann. v. 39. Chrysothomus, homil. ix. in Coloss. *Audite quaso vos omnes quibus cura sunt qua ad hanc vitam pertinent, & parate vobis libros medicamenta anima. Si nullos alios vultis, novum quidem certe testamentum vobis parate. Apostolorum actus, Euangelia, magistros perpetuos. Si dolor acciderit, tanquam in medicamentorum apothecam aspice, illinc mali accipe consolationem. Si damnum, si mors, si tuorum amissio. Imo vero non aspice, sed omnia suscipe, & ea mente tene. Hæc est omnium malorum causa nescire Scripturas. Absque armis imus ad bellum. & quomodo oportet esse salvos? Praclare nobiscum agitur si cum his salvi simus, tantum abest ut absque his salvi esse possimus.* August. epist. i. ii. Tertio *efficacia*. Quarto *praxis*.

V I.

Ad verbi efficaciam, quatuor hæc ostendenda. i. *quod* verbum Dei est efficax ii. *quanta* eius sit efficacia ciii. *unde* ca. iv. denique *in quibus* se manifestet.

V I I.

*Efficacia verbi probatur, tum apertis Scripturæ locis.* Rom. i. 16. Iac. i. 21. Heb. iv. 12. Iob. vi. 25. i Pet. i. 12. 23. i Cor. i. 14. 18. tum *symbolicis*, in quibus cum aliis rebus potentibus vis verbi divini confertur. cum aqua. Iesa. lv. 10. Deut. xxxii. 2.

Heb. vi. 7. *igne*, Jerem. v. 14. Luc. xxiv. 32. *malleo* Jerem. v. 16. & xxii. 29. *virga*, Iesa. xi. 4. II Thefl. ii. 8. *gladio*. Heb. iv. 12. 13. Apoc. i. 16. & xix. 15. Eph. vi. 17. Ies. xlix. 2. *semine*. Luc. viii. 18

V I I I.

Atque ex illis jam simul patet, *quanta* verbi divini sit efficacia, nempe 1. *penetrantis* usque ad imum cordis. Heb. iv. 12. 13. deinde & *frangentis* illud, ac conterentis. Act. ii. 37. Denique *convertit*, & subijcit Deo, à cujus obsequio prius erat alienissimum. Iac. i. 21. 18. I Cor. xiv. 23. Luc. xi. 27. 28. exemplum illustre, & quod omnem admirationem excedit, est mundi tam subitanea & stupenda à pristinâ idololatriâ conversio ad Deum, per Christum. Col. i. 13.

I X.

Si verò queras: ista verbo efficacia unde? sciendum, non à nudo & simplici verbo eam venire, seu lecto, seu prolato, vel à sola morali ejus actione; sed à Dei *spiritu*, verbi concionem comitante. Act. x. 44. II Cor. iiii. 8. & iv. 7. I Thefl. i. 5. & ii. 13. II Tim. i. 7. de quo plura in Disp. de *vocatione*. Gregorius, in Euang. homil. xxx. *Nisi idem spiritus cordi ad sit audientis, otiosus est sermo doctoris*. Spiritu S. operationem suam cum verbo conjungente, & verbi efficaciam acuente, apertius omnia cordis detegit. I Cor. xiv. 23. II Reg. vi. 11. Ioan. iv. 18. 19. 29. & particularissime *pungit*, ad propria & distinctissima vitiorum ulcera. Marc. vii. 6. *de vobis hypocritis*. Apoc. ii. 4. *verum habeo contra te*. Act. x. 44.

X.

Atque vim istam verbi spectamus erga *salvandos*; etiam ex parte erga *reprobos*. Apud illos, in eorum *vocatione*, & *conversione*. Iac. i. 18. Hanc in sui conversione verbi potentiam agnoverunt, & deprædicarunt, Iustinus Martyr, in Dialogo, cum Tryhone Iudæo; & Theophylus, ad Autolyicum; quorum testimonia alibi adduximus. Nempe verbum hic *illuminat* hominum mentes. Act. viii. 30. & xxvi. 18. Psalm. xix. 8. 9. *fidem* operatur. Rom. v. 17. Gal. iii. 5. II Cor. v. 19. *sanctificat*. Ioan. xvii. 17. & xv. 3. Deinde efficacia verbi deprehenditur, in  
con-

*consolatione, & confirmatione fidelium, adversus omnia mala,*  
 & validissimas qualvis tentationes, Rom. xv. 4. Matth. iv. 4.  
 Ephes. vi. 17. Psalm. cxiii. 4. & cxix. 50. 92. Iesa. lxi. i. 3.  
 11 Chron xxxii. 8. Tertio ad fidelium progressum, *perseve-*  
*rantiam* in fide & pietate. 1 Pet. i. 5. 25. & iv. 2. 1 Ioan. iii. 9.  
 Denique ad fidelium *spem*. Rom. xv. 4. qui ab invisibilium spe  
 in verbo, ceu magneticâ aliquâ vi, quo simili in hac materia uti-  
 tur Theodoretus lib. 1, *de curat. Græc. affect.* nempe inferius nul-  
 lo mundi solatio nos tenente, ad occultas duntaxat rerum  
 spes, mentem animumque accommodamus. Iam ad *reprobos*  
 quoque ostendit verbum Dei nihilominus efficaciam, non om-  
 nem, non sanctam quidem, sed tamen aliquam, & magnam  
 I. in illis *oppugnandis*. Jerem. i. 8. 9. 11 Cor. x. 4. Deinde *convin-*  
*cendis* 11 Cor. x. 4. Matth. xxii. 46. Act. vi. 10. Tit. i. 9. 111.  
 in illis aliquatenus *movendis, mutandis,* ac *refrenandis*. Psalm.  
 xviii. 45. 1 Reg. xxi. 27. Marc. vi. 20. Act. xxvi. 28. Tum,  
*indurandis,* per accidens improbitatis ipsorum Iesa. vi. Io-  
 ann. xv. 22. Heb. vi. 8. Luc. iv. 28. & vi. 11. Ioann. viii. 1.  
 59. Act. v. 17. & viii. 54. Quinto, in iis *terrefaciendis*. 1 Reg.  
 xxii. 27. 28. Jerem. xxxvii. 16. 17. Act. xxiv. 25. 11 Cor. i. 6.  
 Denique, *judicandis, & damnandis*. Iesa. xi. 8. Jerem. vi. 11.  
 Hof. vi. 5. Ioann. xii. 48. 1 Cor. xiv. 24. Ioann. ix. 39. Hæc ad  
 verbi divini efficaciam.

X I.

Sequitur ejus *studium*. σπουδή. Vide Ravanelli Bibliothec. vo-  
 ce *studium*. ubi tria ostendenda. I. quod verbo Dei studendum.  
 II. quare, ob quas *rationes*. III. quomodo: vel *in quibus* studium  
 illud situm sit.

X I I.

Studendum Dei verbo esse, probant divina *mandata*; & pio-  
 rum *exempla*. Illa sunt, Ioann. v. 39. Deut. vi. 1. Ios. i. 8. 9. Iesa.  
 viii. 19. 20. & xxx. 2. Jerem. x. 11. Malach. iv. 4. Psal. i. 2. Ex-  
 empla sunt, vel *Biblica, vel Ecclesiastica*. Illa Iob xxiii. 12. Pla.  
 cxix. Act. viii. 28. & xvii. 11. 1 Tim. iii. 14. 15. Hæc inter  
 multa, Hilarion, qui S. scripturas tam exacte tenebat, ut eas  
 post



post Psalmos, & preces, Deo quasi præsenti recitare solitus fuerit. Centuriatores Magdeb. *Cent.* IV. *cap.* x. laudabile exemplum, atque imitandum. De Marcella Hieronymus in ejus epitaphio testatur, eam maxima semper cum aviditate & studio S. Scripturam evoluisse, illud ex Psalmo identidem canens: *in corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.* In Historia Persecut. Bohem. (auctore, ni fallor, Joh. Comenio) pag. 231. Wenceslaus Budowecius: *ecce paradysus meus*, inquit, manu Biblia commonstrans.

X I I I.

*Rationes*, hoc divinum verbi studium commendantes petendæ sunt I. ex verbi *præstantiâ*, omnibus istis modo recensitis verbi divini proprietatibus, seu adjunctis explicatâ. II. ex ejus *necessitate*. Psalm. cxix. 105. quæ necessitas eo quoque demonstratur, quod est nobis divinum testamentum, I II. *jucunditate*. Psalm. cxix. 14. 24. quarto, *usu*. 103. 47. 48. Jerem. xv. 16 lezech. 111. 3. de quibus dictum. Psalm. xix. 8. Rom. xv. 11. Tim. 111. 16.

X I V.

Iam in quibus rebus sita illa praxis? sunt illæ. I. verbi sacri *lectio*. II. *meditatio*. III. *auditio*. IV. *catechizatio*. V. *observantia*. istis omnis ejus praxis continetur, atque absolvitur.

X V.

Primum locum tenet *lectio*, quæ commendatur Scripturæ *testimoniis*. Deut. xvi. 1. 18. Philo, de Creando principe: *Cateris mox post acceptam potestatem jubetur Deuteronomium, hoc est legum compendium describere manu propria, quo magis ea præcepta inhereant animo. nam legem tibus clabuntur sententia, qua lectio moras non patitur. qui autem scribit per otium, imprimis & infigit menti singula fideliter, non in transcurso animadversa, sed cunctanter, non prius cogitatione transeunte ad sequentia, quam bene pensitatis qua præcesserant. Absoluto autem hoc scripto, relegendum est quotidie, ut assiduitate confirmetur memoria, & ipsa præcepta eo magis adlubescant per assuetudinem, utilitate honestateque sua commendabilia, & animo inserentia sacram sui desiderium.* Ios. 1. 9. Apoc. 1. 3. Io. v. 39. Jac. 1. 25. *exemplis*

*exemplis* 11 Reg. xxii. 8. Act. viii. 31. & xvii. 11. 11 Tim. iii.  
 15. Adde, inter Veteres, exemplum Effæorum, de quibus Iose-  
 phus, *lib. 1. bell. cap. vii.* ne de stupendo Masoretharum studio  
 hic dicam. Tempore Waldensium, adversus Comitem Tolo-  
 sanum Remundum hæc sufficiebat Persecutoribus accusatio,  
 quod Biblia sæpius legisset. Typographus tum temporis anno  
 scilicet MDxi. ob eandem causam crematus fuit, & cum eo  
 duo Biblia, quorum altero ante, altero à tergo circumcinctus  
 stabat. omnino gloriose. Regina Angliæ Iohanna Graya, per-  
 petuum & jucundissimum suum in Scripturis S. studium pro-  
 fessa est in litteris ad Sororem, una cum Euangeliorum codice,  
 missis. Reg. Elisabetha, in Parlamento A. MDlx. dixit inter alia:  
*liber Dei nõ fuit mihi ex minimis meis lectionibus.* I. Stow, in Anna-  
 libus Anglicis. Deinde exempla eorum commemoranda hic  
 sunt, qui per Scripturæ lectionem *conversi* fuerunt: quales, Iu-  
 stinus, Theophylus, de quibus dictum; Cyprianus, lectione Io-  
 næ Prophetæ. Hieron. in *Catal. vir. illustr. & comment. in Ionam.*  
 Domna, sub Maximiniano, lectione Actorum Apostolicorum  
 conversa; de quâ Baronius, *Annal. Tom. 11, A. ccxciii.* Augu-  
 stinus, cujus lege *Confess. lib. 111. cap. iv. v. lib. vii. cap. xxi. lib. ix*  
*cap. xii.* Sed præcipue *lib. viii. cap. vi. & ult.* ubi conversionis  
 suæ pandit historiam, & vocem illam auditam refert *tolle lege,*  
*tolle lege &c.* vide locum. simulque addit exemplum Antonii.  
 Adde exemplum Lutheri, quando anno MDi. in monasterii sui  
 bibliotheca obiter incidebat in Latina Biblia; de quo in ejus  
 vita Melchior Adamus. Accedunt motiva I. ex Scripturæ *per-*  
*spicuitate.* Ps. xix. &c. 11. *librorum copia,* quam nunc habemus. 111.  
*libertate,* & temporis ad legendum occasione, qua fruimur com-  
 modissima, & abundantia. 1v. *vanitate* aliorum, quæ a vide ab  
 hominibus leguntur. Quod Diogenes suis exprobrabat, quan-  
 do ad musicam suam magis attentos videbat, quam ad sermo-  
 nes: ad inepta eos quidem studiose confluere; sed ad ea, quæ  
 gravia, quæ utilia ipsis forent, tarde convenire. Laert. in Diog.  
 Nota sunt exempla Alexandri M. quo ille in Homeri Iliada fla-  
 grabat studio, ut vel cubaturus, pulvinari supponere solitus es-

set. Plato Sophronem etiam moribundus capiti suo subjectum  
 habuit. Scipio Africanus somnum non capiebat sine Xenophon-  
 te. Tale Regis Alphonfi studium erga Commentarios Caesaris;  
 & Caroli v. erga Cominæum fuit. Alpharabius, ubi Aristote-  
 lis librum *de auditu* quadragesies legisset, eidem supra scri-  
 psit, grandioribus literis: *vellem iterum legere.* Descript. Arab.  
 cap. II. Dico contra cum Lactantio, lib. vi. cap. xxi. *Itaq; si volup-  
 tas est, audire cantus & carmina, Dei laudes canere, & audire iucun-  
 dum sit. Hæc est voluptas vera, qua comedit, & sociata virtutis est.*  
 Origenes, in Iesa. homil. vii. *nullum verbum ita mundum apud  
 Græcos, & Barbaros, quale est verbum legis.* Noluit Augustinus  
 liberales literas appellari, epist. xxxi. ad Memoriam: *Abstine  
 omnino ut istorum vanitates, & insanie mendaces, ventosa nugæ, ac  
 superbus error, recte literales literæ nominentur: hominum scilicet infe-  
 licium, qui Dei gratiam per Iesum Christum dominum nostrum, qua  
 sola liberamur de corpore mortis huius, non cognoverunt, nec in eis ipsis  
 quæ vera sunt, senserunt.* Et libro *Retractat.* i. cap. III. *Verum  
 in his libris dilplicit mihi sæpe interpositum fortune vocabulum. Et  
 quod multum tribui liberalibus disciplinis, quas multi sancti ne sciunt:  
 quidam autem qui sciunt eas sancti non sunt. Et quod Musas quasi ali-  
 quas deas, quamvis jocando commemoravi. Et quod Philosophos non ve-  
 ra pietate præditos, dixi virtutis luce fulsisse, &c.* Alapas Hierony-  
 mi, ob nimium Ciceronis studiū, ab Angelo acceptas, legimus  
 in ejus epist. ad Eustochium, v. accedit argumentum, ex beati-  
 tudine, quæ pronuntiatur in eos, qui sacra hæc legunt. Apoc. i.  
 3. Psalm. i. i. Denique eo magis id nobis agendum, quia con-  
 tra *Papistas* tuemur lectionem librorum S. quibuslibet non  
 concedendam solū, sed commendandam, atque injungen-  
 dam esse; quo ostendamus, non solius contentionis aut dispu-  
 tationis causa rem hanc à nobis agi: sed praxi ipsa confirme-  
 mus usum & necessitatem legendarum S. Scripturarum. Con-  
 fer de lectione script. Augustin. epist. cxlii. Lansperg. *Milit.*  
*Christ. cap. ix.*

X V I.

Nunc quomodo legendæ S. Script. sint, dicamus. i. ergo animo

at-

*attento* Deut. vi. 6. Luc. xiiii. 9. Act. xvi. 14. Iac. i. 24. Ap. ii. 7.  
*πρὸς μυστικὸν νοῦν*, inquit Chrysoft. Deinde & *intelligente*. Act.  
 viii. 30. i Cor. xiv. Matth. xiiii. 9. 19. Iac. i. 24. Tum *sancto*,  
 puro, casto, religioso. Chrysoftomus, in Matth. homil. 11. Tu  
 vero euangelium etiam sillois, ut *ajunt*, manibus contrectare daretur, ne  
 attingere quidem cupias. Alkorano inscriptum: *ne tangat eum nisi*  
*mundus*. iiii. *Avide*, flagranti affectu. Psalm. 1. 2 & cxii. 1. Act.  
 xvii. 11. Ies. i. 19. Psal. cxix. 35. 40. 70. Quarto, cum *fide*. Act.  
 iv. 4. Heb. iv. 2. Quinto affectu rebus *lectis congruente*. 11 Reg.  
 xxi. 11. 19. Luc. xxiv. 32. Denique *diligenter*, continuo. Deut.  
 xvii. 19. Ios. i. 8. Psalm. 1. 2, & cxix. 44. 55. 60. Deut. vi. 8. 9.  
 Act. viii. 31. & xvii. 11. Iudei die nono festi tabernaculorum  
 ultimam legis lectionem absolvunt, & simul primam iterum  
 inchoant: unde שמחה וזמרה *gaudium legis* hoc appellant:  
 quo continuum legenda legis studium testentur. agit de illo  
 festo Menasse ben Israel lib. *Thefouro dos Divim*, pag. 471. *Do*  
*dia nono da alegria da Ley*. Sed, quod primo loco poni debuerat,  
 ante omnia gratia *spiritus S.* imploranda est, absque qua nihil  
 possumus; nec habemus, quod legamus, neque intelligemus,  
 quod legimus. Psal. cxix. 18. 34. Act. xvi. 14. Bernardus, sermo.  
 ad fratres, de monte Dei: *Quo enim spiritu scriptura facta sunt, eo*  
*spiritu legi desiderant, ipse etiam intelligenda sunt. Nunquam ingre-*  
*dieris in sensum Pauli, donec usu bona intentionis in lectione ejus, &*  
*studio assidue meditationis spiritum ejus imbibaris. Nunquam intelliges*  
*David, donec ipsa experientia, ipsos Psalmorum affectus indueris.*

X V I I.

Alterum praxis, quam debemus Dei verbo, caput situm el-  
 se diximus in ejus memoria, *meditatione* & recordatione: fru-  
 stranea enim & evanida absque meditatione est lectio. Ios. i. 8.  
 Psalm. 1. 2 Act. xvii. 11. Dicit hoc, *accipere verbum Dei in cor*  
*suum*. Iac. i. 21. Luc. i. 66. Eccles. ix. 1. Prov. xxiv. 32. & ii. 1.  
 2. Psalm. cxix. 11. *ibique retinere*. Luc. ix. 44. Psalm. cxix. 31. 57.  
 ut medicamentum purgans in stomacho. *volvare* in animo.  
 Luc. ii. 19. unde meditationes cordis dicuntur. Psalm. xix. 15.  
 & xlix. 4. & xxxix. c. xix. 97. 99. ubi nunc attentius contem-

plamur. Psalm xlvi. 14. penitius *introspicimus* in verbum, e-  
 jusque penetralia. Psalm. cxix. Iac. 1. 24. inter se *conferimus*.  
 Act. xv. 11. Iesa. xli. 20. Psalm. lxxvii. 7. Dan. viii. 5. animæ  
 denique pressius *applicamus*. He b. xii. 5. uti aromata fricata co-  
 piofiozem spargunt ex se odorem. *lectione assidua, & meditatio-  
 ne diuturna pectus suam bibliothecam Christi fecerat*, inquit de Ne-  
 potiano Hieronymus, in epist. ad Heliodorum. De Iohanne  
 Cæco, sacras literas memoriter recitante, vide ex Eusebio, qui  
 illum aliquando audiit, Baronium, ad An. cccix. Non hic de  
 meditatione in genere loquimur; sed de meditatione ver-  
 bi, ad ejus lectionem: quæ distingui potest in meditationem;  
 & *recognitionem*: hæc est repetita meditatio. ἐμνήσθη τὸ ῥήμα. &  
 Matth. xxvi. 75. Luc. xxi. 61. Ioann. xvi. 4. & xv. 20. Deut. iv.  
 39. & vi. 6. Psalm. xlvii. 10. & lxxvi. 7. Num xv. 38. II Tim.  
 ii. 8. Luc. xvi. 32. Act. i. 32. Huc faciunt Psalmi Davidis  
 memoriales. 7777777 inscriptio Ps. xxxv. 11. &c.

X V I I I.

Necessaria autem est præter lectionem, verbi quoque me-  
 ditatio, ob *rationes*. I. ut queat *radicēs* suas in nobis agere. Matth.  
 xiii. 5. Iac. i. 21. ἐμφοτον λόγον. II. utum suum habere, & ferre  
*fructus*. Matth. xiii. 23. Iac. i. 23. uti cibi in stomacho detenti;  
 nix in terra, Ies. lv. 10. Iesa. xli. 20. Tertio, ut fiamus hoc  
 pacto *divites* in cognitione: quemadmodum qui parta bene  
 asservant, facile ditescunt. Col. iii. 16. Psal. lxxvii. 7. Denique  
 ut secundum prudentiam spiritualem possimus, ad quoscun-  
 que casus obvios facere nostras ex Dei verbo *observationes*. Ioan  
 xv. 20. xvi. 4. Matth. xx. vi. 75. II Reg. ix. 25. 36. Neh. i. 8.

X I X.

*Contrarium* est, non recordari verbi, ejus oblivisci. II Sam.  
 xii. 9. II Chron. xiii. 5. Iac. i. 25. ἀμεμνηστος ἐπιλησμονής. Neh.  
 xii. 5. In vitis Parum, lib. v. Senex quidam tres ponit Diabo-  
 li prodromos; oblivionem, negligentiam, & concupiscentiam:  
*etenim si oblivio venerit, inquit, generat negligentiam; de negligē-  
 tia vero concupiscentia corrumpit homo.*

Se-

Sequitur verbi *auditio*; five in concione, five extra eam. Deut. v. 1. & xxvi. 12. Iesa. lv. 3. 33. Ecclef. iv. ult. Prov. i. 8. & 41. & Iezech. xx. 1. Psalm. lxxvi. 16. Matth. xvii. 5. Act. iiii. 22. Ephes. iv. 21. Ioann. iv. 6. Luc. viii. 18. x. 16. & xvi. 29. 31. apud Prophetas passim, *audite verbum Domini*. Io. v. 24. & x. 3. 8. 16. 27. Confer Rayanell. bibl. in voce *audire num.* 3. Io. viii. 47. & xii. 47. Et *quare* verbum Dei audiendum sit, ejus rationes quæ sint, ex superioribus constat. I. ratio *verbi*, quale hoc. II. ratio *auditionis*. Rom. x. 14. 17. denique *nostri*. nam I. *occasio* nobis nunc conceditur, & præ aliis, Act. xiii. 26. I Sam. iii. 1. Tum *incertum*, an posthac unquam præterea auditurimus. ultimo, *pæna* sequitur auditionem negligentes. Amos. viii. 11. Apoc. iiii.

Quomodo audiendum? de lectione quæ diximus, etiam hic tenenda. Alia observanda sunt *ante* auditionem, alia *in* eâ, quædam *post* eam.

*Ante* auditionem observanda, ut nos digne *præparemus*. Ecclef. v. 1. Exod. xix. 16. 11. & xxx. 20. Prov. xxiv. Iezech. xiv. 3. Mich. vi. 6. *Rationes*, & *modum* præparationis hujus, vide apud Balduinum, *Cal. consc. lib. 11. cap. x. cas. 11.* Amesium. *Cas. consc. lib. 1v. cap. xxx.* Adde ad rationes, & hanc, quod ad modum præparationis, sic se habet fructus ejus, ad quem accingimur, Divini cultus, & officii. Ps. lxxxvi. 11. Luc. vii. 18. I Pet. ii. 1. 2. Ad modum præparandi nos, adde, acuendum esse sanctum in nobis desiderium, & appetitum spiritualement. Psalm. cxxi. 1. & cxix. 40. Act. xiii. 7. Iesa. i. 14. I Pet. i. 13. formandum, & firmandum esse bonum animi *propositum*, ad sacra audienda, & observanda. Exod. xix. 5. & xxiv. 7. & xxiii. 22. Iesa. ii. 3. Act. x. 33. Ierem. xli. 5. Psalm. cxix. 106. 116. *omnia*. Act. x. 33. denique *precibus* Dei Spiritum & gratiam implorandam esse, ad benedictionem nostro officio & S. exercitio impetrandam. Psalm. xxv. 4. 5. 6. 7. & cxix. 5. Iesa. l. 4. 5. Act. xvi. 14.

In audicione tenendum, primo quidem ut *attente* audiamus. Deut. xx. vii. 9. & xxix. 4. Luc. vii. 18. & ix. 44. Act. ii. 14. Apoc. ii. 7. & c. *attentione corporis*, quod exprimitur per inclinationem *auris*. Prov. iv. 20. & v. i. Job. xxxi. 11. 12. *oculorum*, 11 Chron. vi. 40. & vii. 15. Luc. iv. 20. *corporis*, Judic. iii. 20. & *anima*, Act. xvi. 14. Luc. ii. 18. 19. Rom. vi. 17. *Attentio est, ad rem, & ad verba: utrumque.* Tertullianus, in Exhortat. ad castit. *Retogitemus enim ipsam conscientiam nostram, quam alius alium se homo sentiat, cum sua femina cessat. Si orationem facit ad dominum, impropè est cælo. Si scriptura incumbit, totus illic est.*

Attentionem illam requirunt, ratio *verbi divini*, ejus, cui hic attendimus, præstâtia, 1 Thess. ii. 13. Chrysofost. in Matth. hom. i. *Non igitur cum tumultu ingrediamur, non cum turbatione, neque cum strepitu: sed cum silentio atque reverentia, qua tantis est exhibenda mysteriis. Si enim in theatro, cum multum silentium antè præceperit, tum demum literæ regis leguntur; multo magis in hac urbe omnes cohiberi oportet, & comprimî, & erectis auribus, atque animis ad stare sollicitis. Non enim terreni regis, sed angelorum domini scripta recitanda sunt. Deinde attentionis ipsius necessitas; quæ pars cultus sacri est: & fructus; nam ab attentione pendet omnis verbi, quam apud nos habet, efficacia, & usus. Luc. viii. 18. & ix. 44. Rom. x. 14. Jac. i. 21. Psalm. cxix. 103.*

*Exempla ejus sunt.* Nehem. viii. 4. Iesa. xxi. 7. Luc. xix. 48. Act. x. 33. & c. Chrysofthomus, homil. xix. in Act. Apost. morem Ecclesiæ suæ enarrat, ubi Diaconus ante sacrorum lectionem exclamabat, *populum ad attentionem excitans: attendamus: & simul communem veteremque auditorem exceptionem, vel fastidium potius, eadem se semper audire causantium: Audire & horrescite. Stat minister, communis minister, alta voce clamat, ac dicit, Attendamus, & sapius illum clamat: hac communis ecclesiæ est, quam ille emittit: & nullus attendit. Post illum incipit lector prophetiam Esaiæ, & neque*  
*Sic*

sic attendit quis tamen si prophetia nihil humanum habeat. Deinde auditori pronunciat dicens. Hac dicit dominus, & neque sic attendit. Quid dico? Horrenda quadam, & terribilia pertractat, & neque sic est qui attendat. Verum quid dicunt plerique? Semper, a-junt, eadem leguntur.

X X V I.

Non solum attente, sed etiam religiose verbum Dei audien-dum: quæ religiosa attentio constituit *devotionem*. nam sacra, & divina sunt, quibus hic attendere oportet. Iesa. lxxvi. 2.

X X V I I.

Post auditionem tenenda, quæ post lectionem diximus. Vi-de de nostro hac in parte officio, Downamum, de mil. Christ. Anglicè lib. II. cap. XIX. & xxviii. Boltonum, *The Saints Guide*, à pag. 168. & deinceps. Balduinum, *Cas. consc. lib. II. cap. x.* Ame-sium, *Medull. lib. II. c. viii. de auditione verbi.* Et *Cas. lib. IV. c. xi.* Richard Ward in Matth. viii. fol. 446. ponit hæc signa audito-ris boni. 1. si audiat cum *contritione* & *cõpunctione* cordis, A&. II. 37. Luc. III. II. deinde, si cum *gaudio*. A&. viii. 8. Ter-tio, si quotidie *proficiat*, in cognitione, mortificatione, fide, om-nique gratia II Thess. I. 3. denique si pleno animi proposito *perseveret* in studio audiendi & observandi divini verbi.

X X V I I I.

Alii *contra* sunt, qui *volunt* audire Dei verbum. Ierem. xlv. 16, II Paral. xxiv. 19. Nehem. ix. 30. Psalm. I. 18. Iesa. xxx. 9. xlii. 24. Ierem. III. 13. 25. Alii, qui audiunt qui-dem, sed *male*, sive *animo*, sive *sine*, sive *modo*, non rectis. Iezech. xiv. 3. & xxxiii. 30. 32. Marc. vi. 20. Qui omnes isthac ra-tione gravem in se Dei iram, & pœnam provocant. Deut. xviii. 9. Ierem. xii. 10. & xxxii. 33. Amos. II. 4. & viii. 11. Matth. xxi. 43. Heb. xii. 25. Prov. I. 28. Confer Boltonum, in *append. cit. tractatus pag. 189. in Prov. xiii. 13.* adeo illa malo-rum omnium præcipua causa & origo notatur in Scripturis, Dei verbum non audire. Ierem. vi. 19. & I. 12. & xxix. 19. Eccles. iv. 13. xlv. 5. II Reg. xviii. 12. Dan. ix. 10. II. Discrimen auditorum legis, Matth. xiii. & Luc. vii. Confer Bal-duinum, *Cas. pag. 369.*

San-



Studii erga Dei verbum partem, post ejus lectionem, meditationem, auditionem, posuimus etiam in *catechizatione* super Dei verbo, aut manuali catechetico, ex illo desumpto. quæ catechizatio varia est, vel *privata*, & *domestica*, vel *publica*, sive in *Scholis*, sive in *Ecclesia*: de quibus alibi diximus. Huc refer sermones, & collationes super Dei verbo pias & religiosas. Deut. vi. 7. Luc. xxiv. Origenes, in Exod. homil. xii. *Aliqui vestrum ut recitari auerentur qua legantur, statim discedunt. Nulla ex his qua dicta sunt inquisitio ad invicem, nulla collatio, nusquam memoria mandati illius quo te divina lex commonet dicens. Interroga patres tuos.*

Sequitur ultimum studii erga Dei verbum nostri membrum, vel pars, ejus scilicet lecti, meditati, auditi, catechizati praxis seu *observantia*. Matth. vii. 24. & xii. ult. 25. & v. 19. Luc. ii. 15. & viii. 15. & xi. 28. & xii. 47. Eccles. viii. 2. & xii. 13. Ies. ii. 2. Joann. xiii. 17. & xvii. xi. 28. Iac. i. 22. Deut. xvii. 9. Rom. vi. 17. Prov. vii. 1. Psalm. cxix. 31. Apoc. i. 3. Ps. cxix. 33. 34. in Scriptura frequens est, audire pro observare, vel cum eo una junctum. Ios. i. 18. 8. Ies. i. 4. 3. Psalm. xcvi. 7. Heb. iv. 7. 1 Cor. xiv. 21. Prov. xxviii. 9. Chrysosthomus, homil. ii. in Matth. *Nam qui audit, & semetipsum reprehendet sape & alius ingemiscet, & eo quandoque perveniet, ut studeat etiam implere quod didicit.* Adversus Iudæos, orat. v. *non enim absque periculo vobis erit audisse, si non acceperint opera.*

Observantia est, vel *generalis*, vel *specialis*. de hac suo loco: etiam de illa, ubi considerabitur in ordine ad hanc. Nunc spectatur à nobis respectu verbi Dei, prout hoc in sui studio requirit praxim. nempe ita, ut *praxim* sciamus semper esse *necessariam*. neque nobis *satisfaciamus*, nisi adhibita praxi, vel verbo in praxim, quod est quasi in succum & sanguinem converso. neque id leviter, datâ, sed *quæsita* sedulo arreptaque agendi ex præscripto divini verbi omnia, *occasione*. Denique inde de-

demum gaudium operis capere actionisq; nostræ. Rom. II. 6, 7.

X X X I I.

Adversus ea, quæ hæcenus de verbi divini studio diximus, graviter peccant, qui verbum Dei, ejusque studium contemunt. Prov. xxxviii. 9. Jerem. xi. 3. Psal. cxix. II. 11 Reg. xxii. 13. II Paral. xxxiv. 14. Chrysosth. in Io homil. III. Quis nostrorum quaeso repetita domo, aliquod Christiano dignum opus aggreditur? Quis scripturarum sensus perscrutatur? Nemo sane, sed alveolos & talos frequenter invenimus, libros rarissimos, quos si habent ac si non haberent clausos in scriniis servant, vel omne suum studium, in membranarum tenuitate, in literarum characteribus quam pulcherrimis consumunt, non ut legant, non ut usum inde aliquem consequantur, sed ut divitias, ut ambitionem ostentent, in his student: tantæ est inanis gloria. Quibus, ut Augustinus loquitur, epist. l. iv. plus placet ars Aristotelis, quam scientia de Apostolis, plus codex Platonis, quam liber divinus: quem nulla scientia adificat, cui nullus sermo sapit, nisi fuerit grammaticè conceptus, dialecticè imaginatus, & rhetorice purpuratus. Stultus &c. Quales sunt, qui Platonem Mosi, & Isocratem Proverbiis Salomonis præferunt; uti Julianus, apud Cyrill. Alex. lib. II. vel qui plus solaminis in Horatio, quam in Evangelio se invenire, profitetur; ut in Gallia Marefchallus quidam, de quo *Histor. Eccles. Gallic. ad A. m. lxx*; Vel qui Pindari Odas prætulit Psalmis Davidis, ut Angelus Politianus; quod de eo refert Ludov. Vives, lib. II. de verit. relig. Christ. qui que semel se Biblia per legisse; sed nunquam bonas horas pejus collocasse, dicere erat solitus. Sic de eo Pezelius, Tom. II *Argum. Melanth. & Plessæus, de verit. relig. Christ.* Similiter Petrus Bembo, verebatur scilicet se omnem suam latinitatem perditurum, si postquam semel legisset Biblia, ea secundo legeret. *Alex. Alesius in II Tim.* Hinc nimirum evenit, quod Lactantius dicit, lib. vi. cap. xxii. *Inde homines literati cum ad Dei religionem accesserint, ab aliquo imperito doctore fundati minus credunt. Assueti enim dulcibus, & politis sive orationibus, sive carminibus, divinarum literarum simplicem, communemque sermonem pro sordido aspernantur. Id enim quarunt, quod sensum demulceat.* Quan-

to melius Augustinus, quam Ciceronis Hortensium, utcutique avide legeret, fastidiebat tamen, quia Christum non saperet! *excitabar sermone illo, inquit, & accendebar & ardebam, & hoc solo in me tanta flagrantia refrigebat, quod nomen Christi non erat ibi.* Confess. lib. III. cap. IV. Peccant, qui non obediunt Dei verbo; quin ei resistunt. II Thess. I. 8. I Pet. IV. 18. Ierem. XXI. 2 I. Ies. LXIII. 10. Act. VII. 51. quique indignantur ad eo sua vitia taxari & reprehendi. In quos illud Salviani quadrat, in fine lib. IV. ad Eccl. Cathol. *Durum est avaris ut largiantur sua. Quid mirum? Totum durum est quicquid imperatur invitis. Pene omnis sermo divinus habet amulos suos: quot genera praeceptorum sunt, tot adversariorum. Si largitatem esse in hominibus jubet Dominus, avarus irascitur. Si parsimoniam exigit, prodigus execratur sermones sacros: improbi hostes suos dicunt. Horrent raptores quicquid de justitia scribitur: horrent superbi quicquid de humilitate mandatur: adversantur ebriosi, ubi sobrietas indicitur: detestantur impudici, ubi castitas imperatur: aut nihil ergo dicendum est aut quicquid dictum fuerit cuiuscumque supra dictorum hominum displicebit. Mavult quilibet improbus execrari legem, quam emundare mentem: mavult praecepta odisse, quam vitia. Inter haec quid agant quibus loquendi à Christo officia mandantur? Deo displicent si tacent: hominibus, si loquuntur.*

## Corollaria Respondentis.

- C**hristus legi morali minime adjecit consilia Evangelicæ perfectionis.
- 2 Gratia divina in Christo conversioni nostræ destinata contra Scripturam dividitur in sufficientem, & efficacem.
  - 3 Fides salvifica secum fert certitudinem perseverantia & salutis aeternæ.
  - 4 Ratio justificationis nostræ consistit in remissione, seu, non imputatione peccatorum ex imputatâ nobis justitia, & satisfactione Christi fide apprehensâ.
  - 5 Regimen Ecclesiæ universalis sub Christo non debet esse Monarchicum.
  - 6 Jejunium quadragesimale ut non est imitabile; ita neq; observan-